



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris, Thesibus, Dictatis Theologicis

[S.l.], [ca. 1692]

1652. Bernardus de Alderette.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

PHILOSOPHIÆ.

7

BERNARDUS DE ALDERETTE.

I. PARS.

Bernardus de Alderette Jesuita item Hispanus eadem sentit ac scribit de peccato Philosophico ac Joannes de Lugo, cujus nimirum verba ipsa describit in Tractatu de Incarnatione Disput. 7. sect. 2. Editionis Lugdunensis 1652. quo anno duos in 3. Partem Tomos vulgavit.

GEORGIUS DE RHODES.

Georgius de Rhodes Jesuita Gallus doctrinam de peccato Philosophico fusè tradidit in sua Theologia Scholasticâ editâ Lugduni anno 1661. tom. 1. Disput. 1. de peccatis q. 1. sect. 1. parag. 2. pag. 389. Controversia, inquit, nascitur inter Theologos celeberrima, utrum peccatum mortale in materiâ gravi & mortali, v. g. furtum & adulterium, esset peccatum mortale dignum æternâ pœnâ & privatione gratiæ, in eo qui Deum & legem æternam ignoraret, vel certè qui actu illam non consideraret. Tunc enim haud dubiè peccatum non haberet rationem offensæ Dei, haberet tamen rationem peccati. Et infra: Peccatum mortale in iis qui Deum vel omninò ignorant, vel non actu considerant, verè nihilominùs peccatum est grave: sed nullo tamen modo est Dei offensa, neque peccatum mortale dissolvens Dei amicitiam, neque dignum æternâ pœnâ. Et rursum: Respondeo duplicem in peccato considerari posse gravitatem. Prima est purè moralis, altera est Theologica, quæ consideratur solùm à Theologis, cùm altera Philosophis nota sit. Homicidium ergò factum cum inadvertentiâ ad Deum

habe-